

cur Filius Dei dicatur Verbum, et cur sub eo etiam respectu  
sit Deus, paucis absolvam. Dicitur Verbum Patris; id  
est: Actus intellectus Divini Patris seipsum, suamque  
infinitam pulchritudinem non tantum objective contem-  
plantis, sed notionaliter insuper suam cognitionem in-  
expressam hanc Deitatis sua perfectam imaginem termi-  
nantis. Hinc sequitur; quomodo pariter sit et dicatur  
Deus: Respondeo enim: eo ipso quod sit verbum Dei sine  
terminus mentis, sit et verbum Dei, id est, terminus mentis  
Divinae, aeterno et omni perfectissimo modo in sui ipsius  
absolutissimam cognitionem tendentis; ex hoc ipso, inquam,  
sequitur, quod necessario sit Deus idem, et unus cum Pa-  
tre, cum sit ipsissima, et prorsus simillima Patris  
imago, eandem cum Patre participans naturam: nec  
tamen propterea ipse Pater, sed alia omnino Persona